



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1868

De SS. Anastasio Seu Athanasio Presbytero, Ampodo, Placido Fausto,
Januario, Martiale, Marcello & Juviniانو Martt. Verosimillime Siculis Ex
Hieronymianis Et Aliis Fastis Sacris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

DE SS. ANASTASIO

SEU ATHANASIO PRESBYTERO, AMPODO, PLACIDO

FAUSTO, JANUARIO, MARTIALE, MARCELLO & JUVINIANO MARTT.

VEROSIMILLIME SICULIS

EX HIERONYMIANIS ET ALIIS FASTIS SACRIS.

SEC. INCERTO.
Martyres, e
Lucensi Hieronymiano
apographo hic
propositi, ad
quorum,

Lucense apud Florentinum Hieronymianum non contractum hodie sic habet:

In Acervo Siciliae sancti Tanasi presbyteri, Ampodi, Placidi, Fausti, Januarii, Martialis, Marcelli; hisce autem septem sanctis Martyribus etiam octavus, qui Juvinianus fuerit vocatus, in Corbeiensi, quod apud eundem Florentinum itemque apud Dacherium tom. 2 Spicil. editionis anni 1723 exstat, Hieronymiano apographo pariter non contracto, ac, ut Dacherius ait, vetustissimo adjungitur, idque recte fieri seu Juvinianum ad jam nunc relatum Martyrum classem vere spectare, induco in animum, quod, dum duo Hieronymiana apographa quamdam martyrum classem memorant, nec tamen in horum numero conveniunt, tunc standum, nisi quid forsitan suadeat contrarium, apographo potius sit, quod plures, quam altero, quod pauciores martyres classi isti attribuit. Ita autem non tantum, quod Hieronymianorum notitia, a Gregorio Magno verbis, quæ Sollerius in sua ad C Usuardum Præfatione num 22 recenset, suppeditata, annuntiationibus, majari sanctorum numero constantibus ut cumque suffragetur, verum etiam ac vel maxime ex eo quod librarii, qui Hieronymiana antiqua aliosve generis frequentissime, additione autem rarissime, ab exemplaribus sibi prælucentibus, uti quisque, qui hæc cum transumptis contulerit, facile deprehendet, per incuriam seu oscitantiam deflexerint. Juvinianus quidem, uti in Lucensi apud Florentinum Hieronymiano apographo, ita etiam in Gellonensi, quod apud Dacherium Spicil. tom. mox dicto exstat Hieronymianumque fere etiam est, Martyrologio, imo et in vetustissimo Antverpiensi apud laudatum Florentinum Hieronymiano apographo majori seu non contracto hodie omittitur; ast quid tum?

ut ex hic allegatis apparet, classem,

2 Ibidem in hoc non unum, uti ex infra dicendis patescet, mendum cubat; quod autem ad Martyrologium Gellonense spectat, non raro fit, ut in hoc non unus tantum, sed plures etiam e Sanctis, qui in Hieronymianis apographis non contractis occurrunt, præteantur. Nec est, cur præterea hic opponas,

tam universa apud Marteneum et Sollerium Hieronymiana apographa contracta, quam Usuardina aliquot, quæ una cum Martyrologio Romano hodierno hodie pariter Martyrum classem hic propositam recolunt, apud eundem Sollerium Auctaria Juvinianum in hac non recensere. Illa enim aliquos etiam ex ipsismet septem jam supra e Lucensi Hieronymiano apographo memoratis Martyribus omittunt. Nec id tantum Martyrologium Romanum hodiernum duoque e jam laudatis Usuardinis apud Sollerium Auctariis, Greveni nempe et editionis Lubeco-Coloniensis, pariter faciunt, verum etiam tribus quatuorve, quos tantummodo nominant, Martyribus socios aliquot fuisse adjunctos, non obscure produnt, cumque horum numerum non determinent, minime nos cogunt, ut e septem dumtaxat sanctis Athletis constitisse, de qua hic agimus, martyrum classem, credamus. Quare, cum hoc aliaque, ob quæ excludendus ex hac videri forsitan Juvinianus queat, sic, ut jam dici, habeant, non est sane, cur is septem supra memoratis Martyribus, quos Lucense Hieronymianum apographum hodie celebrat; haud adjungatur.

3 Atque hæc quidem, ni fallor, lectori, ut suum hac de re judicium ferre queat, jam sufficient; verum, cum Martyrologium Romanum hodiernum habeat Passio sanctorum Anastasii presbyteri, Placidi, Genesii et Sociorum, Martyrumque adeo, quam his verbis celebrat, classi hic propositæ Genesium adjungat, indagandum modo etiam hic est, an hic vere ad illam pariter spectet, seu an præter supra memoratos SS. Anastasii et Placidi in martyrio socios socius alius, nomine Genesius, sit admittendus. Etiam si universa non modo Hieronymiana tam contracta quam non contracta apud Florentinum, Dacherium, Marteneum et Sollerium apographa, verum etiam hagiology et Kalendaria antiqua tum Mss., tum excusa, quæ magno numero penes nos exstant, studiosissime evolverim, nusquam tamen in iis hodie Genesium vel solum, vel cum ullo e Martyribus supra memoratis conjunctum inveni; cum autem sic habeat, Martyrem, nomine Genesium, existisse horum in martyrio socium, non reor. Cum duobus quidem ex iisdem

F
Genesio interrim ex hac ob rationes

AUCTORE
C. B.

dem Martyribus in Usuardo Lubeco-Coloniensi, cum tribus vero etiam in Greveniano Genesis hodie annuntiat; verum binæ hæc annuntiationes additamenta ad Usuardum, uti in hoc per Sollerium illustrato videre licet, dumtaxat existunt, cumque Usuardus Lubeco-Coloniensis anno 1490, Grevenianus autem anno 1515 antiquior haud sit, recentiores certe ambo sunt, quam ut sola eorum auctoritate Martyrem, nomine Genesis, qui cum Martyribus supra memoratis passus sit, putem admittendum. Nec, ut secus sentiam, me hic vel Davila vel Baronius movet.

in medium hic
adductus

4 Etsi enim prior Villæ-novæ in regno Murciae apud RR. PP. Franciscanos S. Genesis corpus asservari, in Theatro ecclesiastico Hispaniæ tom. 1 pag. 299 affirmet, anne tamen de Genesis, qui cum SS. Anastasio et Placido passus sit, an contra de altero homonymo (plures enim nominis illius existere Sancti) loquatur, nullatenus indicat, fierique potest, ut S. Genesis corpus, quod jam nominato in Hispania loco asservari ait, sit Martyris e

B Catumbis Romanis extracti indeque, imposito ei pro arbitrio Genesis nomine, in Hispaniam translatus; quod autem ad Baronium spectat, hic quidem pro Anastasio sociisque Martyribus, in Martyrologio Romano hodierno hodie signatis, ac proin et pro Genesis vetera Mss., quorum antea meminisse se ait, in sus in Martyrologium istud Notis citat; verum nec locum, quo, quæ laudat, veterum Mss. antea adhuc meminerit, assignat, nec quæ qualiave hæc sint, edicit; ut enimvero, cum mihi plane ignota illa sint, facere haudquaquam possint, ut Martyribus, de quibus hic nobis sermo, Genesis accenseam. Neque eo etiam me impellat Rodericus Dacunha, Ulyssiponensis archiepiscopus; etsi enim hic matyrem quempiam, nomine Genesis, qui martyrio in Lusitania, ubi non paucas, ut ait, ædes sacras nomini suo dedicatas habet, coronatus sit, in ecclesiastica Ulyssiponensis ecclesiæ Historia part. 1, cap. 12 proferat in medium, eum tamen, qui aliunde mihi satis notus haud est, Ulyssiponensem facit episcopum; quod cum nemo de Martyrologio Romani hodierni Genesis somniarit unquam, non est sane, cur hic esse putetur Genesis, a Dacunha adductus. Contrarium quidem hic scriptor contendit; verum hac in re assentiendum illi haud est. Genesis enim, qui hodie in Martyrologio Romano hodierno comparet, cum pluribus in hoc, quibuscum passus sit, Sociis ac nominatim cum SS. Anastasio et Placido conjungitur; etsi autem Dacunha Genesis, quem memorat, cum pluribus quoque sociis ac nominatim cum SS. Anastasio et Placido pariter conjungat, hosce tamen vere cum illo pro fide occubuisse, haud recte probat.

excluso

5 Hunc enim in finem Flavii Lucii Dextri Chronicon, in quo Anastasius, Placidus, Genesis et eorum socii illustre simul sub Juliano subiisse martyrium ad annum 353 dicuntur, dumtaxat allegat; cum autem Chronicon illud, non a Dextro, qui sec. 7 floruit, contextum, sed, quemadmodum infra pluribus docebo, ab Hieronymo de la Higuera, qui demum sec. proxime elapso existit in vicis, fuerit confectum, enimvero rem illam, quæ, si vera foret, pluribus ante Higuerae ætatem seculis gesta fuisset, solo illo Fictitio chronico a Dacunha recte probari nemo prudens admittet. Jam

vero, cum sic habeat ac proin Genesis, quem in Lusitania pro Christo sanguinem fudisse, Dacunha ait, neque cum SS. Anastasio et Placido ac eorum sociis passus, neque adeo unus idemque cum Martyrologio Romani hodierni Genesis sit putandus, exigere, quæ supra adduxi, pergunt, ut hunc ad Martyrum, de qua hic agimus, classem non spectare seu quod eodem recidit, SS. Anastasio et Placido ac eorum sociis non adjungendum, credamus. Pro Nigasio, qui supra relatæ Martyrologio Romani hodierni annuntiationi tam in hoc, quam in Usuardo Lubeco-Coloniensi et Greveniano præmittitur, Negesius primo ac deinde Genesis perperam scriptum fuisse, hocque postremum nomen post per repetitionem, imperite a librario factam, in Martyrum, de qua hic agimus, classem irrepisse, Castellanus hodie in Martyrologio suo universali adjecta ad marginem notula insinuat, verum sive alia quacumque ratione factum id sit, Genesis equidem, qui nusquam, ut jam monui, in Hieronymianis apographis reperitur, ad dictam, quæ indubie ex hisce in Martyrologium Romanum hodiernum fuit illata, Martyrum classem spectare seu Martyribus supra memoratis jungendum, haudquaquam verosimile apparet; cum autem sic habeat, eum ego et supra huc transcripta Martyrologio Romani hodierni annuntiatione expungendum, cum Castellano mox laudato opinor.

6 Verum Tharaci et Probi nomina, quæ jam fuerant relata, Anastasii presbyteri vocabulis corrupte expressa, in eadem annuntiatione perperam pariter repeti, ac proin Anastasium ad Hieronymianorum hic propositam Martyrum classem non spectare seu Martyribus supra nominatis annumerari haud posse, laudatus Martyrologus per Notulam mox citatam etiam insinuat; ei autem par in re assentiri queo. Etsi enim haud difficulter forsitan factum esse queat, ut librarius in exemplari, quod describebat, nomen Probi, quasi brevium presbyteri, acceperit, itaque etiam transcripserit, tantum tamen inter Tharaci et Anastasinomina est discrimen, ut non nisi ægerime hoc postremum pro primo exaraturus fuisse videatur. Ad hæc Anastasius in omnibus fere Hieronymianis apographis, in quorum tamen nonnullis Athanasius aut etiam, initiali posterioris hujus nominis litera per librarii incuriam omissa, Tanasius seu Tanasus vocatur, hodie cum presbyteri titulo annuntiat. Quapropter, quemadmodum Genesis, quod in nullis prosus Hieronymianis apographis reperitur, ad Hieronymianorum, de qua nos hic cum Martyrologio Romano hodierno, Martyrum classem non spectare ac proin hoc eradendum, ita vel ob solam rationem contrariam ad eandem Martyrum Hieronymianorum classem Anastasium seu Athanasium, qui præterea in Usuardinis aliquot apud Sollerium Auctariis, itemque in S. Cyriaci, Vaticana, Barberiniana, Tornacensi et Atrebatensi apud nos ante tom. 2 Martii ad Bedam Additionibus, ut in duabus harum posterioribus titulo illi, non presbyteri, sed episcopi, perperam tributo, hodie etiam commemoratur, spectare ac proin ex supra relatæ Martyrologio Romani hodierni annuntiatione non expungendum, sed contra tam in hac, quam in Hieronymianis, in quibus

contra que in
eadem Anasta-
sio seu Atha-
nasio, quod,
etiamsi

F

A bus memoratur, apographis relinquendum, apparet indubitatum.

in Epternacensi Hieronymiano apographo, hic, uti ostenditur,

7 Anastasius quidem seu Athanasius in vetustissimo Antverpiensi seu Epternacensi apud Florentinum Hieronymiano non contracto apographo hodie non comparat; verum in omnibus prorsus aliis apud eundem Florentinum et Dacherium Hieronymianis apographis pariter non contractis, imo et in ipsis apud Marteneum et Sollerium contractis fere etiam omnibus, utpote in horum solo, quod Marteneus exhibet, Morbacensi præteritus, hodie signatur; potius autem tot Hieronymianis sese inter consentientibus apographis, quam unico (neque enim, quod dixi, Morbacense, utpote tantummodo contractum, magno opere hic curandum) Epternacensi seu Antverpiensi est standum, maxime cum mendosum id hic existat, solaque librarii incuria, ut Anastasium seu Athanasium non complectatur, sit factum, uti apparet ex iis, quæ jam nunc, vitiosa primum, in qua hunc omittit, annuntiatione huc transcripta, subjungam. **Sequentibus hæc apud Florentinum constat verbis:** In Anazobori (in Anazarbo scriptum oportuit) Ciliciæ natalis Taraci, Probi et Andronici presbyteri, Ampodi, Placidi, fausti, Januarii, Martialis, Marcelli. Ita, quod dixi, Epternacense seu Antverpiense Hieronymianum apographum; cum autem presbyteri titulo Andronicum afficiat huicque in martyrio Ampodum aliosque, quos post hunc in annuntiatione jam data recenset, socios adjungat, et tamen Andronicus, uti ex ejus Tarachique et Probi sinceris ac selectis, quæ infra sumus daturi, Actis palam est, nec presbyter existiterit, nec in martyrio, quos ei, ut dixi, laudatum Hieronymianum apographum adjungit, socios habuerit, mendosum enimvero id, et quidem non uno ex capite, hic esse, unusquisque fateatur, necesse est.

mendoso,

8 Jam vero, cum sic habeat, quid si librarius, qui Epternacense seu Antverpiense Hieronymianum exaravit, emendatus hisce vel haud multum absimilibus verbis, In Anazarbo Ciliciæ natalis Taraci, Probi et Andronici et alibi seu, ut vere pleraque habent Hieronymiana apographa, In Acervo seu Acernæ Siciliæ Anastasii presbyteri, Ampodi, Placidi, fausti, Januarii, Martialis, Marcelli, annuntiatione legebatur, præ oculis habuerit, hancque, sed et nomine Anastasii, et vocibus in Acervo seu Acerno Siciliæ, palæstram, quam is una cum sociis sibi adjunctis nactus sit, experimentibus, per incuriam seu oscitantiam omissis, transcripserit? Rem sane ita vere factam, si non certum, verosimile saltem vel ex eo apparet, quod, cum sic facta adstruitur, commode intelligatur, qui, Andronicum et presbyterum et SS. Ampodi aliorumque, cum hoc passorum, existisse in martyrio socium, supra huc transcripta, quam laudatum Epternacense seu Antverpiense Hieronymianum apographum suppediat, annuntiatione perperam seu per errorem, ut vidimus, prodat. At vero reliqua modo etiam, quæ pro Anastasio seu Athanasio rejiciendo vel utcumque faciunt, confutemus, quo ita hunc, ut in Epternacensi Hieronymiano apographo omissum, esse tamen vel idcirco, quod in plerisque aliis Hieronymianis memoratur, in Martyrum, de qua nos hic, classe retinendum, luculentius patescat.

Octobris Tomus V.

9 Hieronymiana illa in Acervo Siciliæ, pro quarum vocum media apud Dacherium tam in vetustissimo Hieronymiano apographo supra laudato, quam in Additionibus ad Wandelbertum, Acerno exaratur, Martyres nostros collocant; cum autem nullus Siciliæ locus, qui vel Acervus vel Acernus cocetur, apud insulæ istius chorographos invenitur, dubitari non immerito potest, an laudata Hieronymiana apographa locum, quo S. Anastasium seu Athanasium ejusque in martyrio socios hodie signant, mendose haud exprimant, ac proin an et in Anastasio seu Athanasio annuntiando pariter haud errent. Ita adhuc qui hunc e Martyrologio Romano seu e Martyrum, de qua hic agimus, classe expunctum volent, forsitan arguent. Ac Georgius quidem non modo de re, quam jam memoravi, dubitat, verum etiam, in Ottoboniano suo, quod ad Hieronymianorum classem pertinere ait, Martyrologio corruptissime in Acervo Siciliæ natalis sancti Tanasi presbyteri, Placidi et Fausti pro in Anazarbo Ciliciæ natalis sancti Taraci presbyteri, Andronici et Probi hodie legi, in suis in Martyrologium Adonianum adnotationibus pro certo affirmat; idcirco autem id, ni fallor, facit, quod, quamvis tres martyres Tarachus, Probus et Andronicus, quorum primum hic perperam, uti ex eorum infra dandis Actis nemo non statuet, presbyteri titulo exornat, in Epternacensi seu Antverpiensi Hieronymiano apographo hodie memorentur, hodie tamen in Ottoboniano, quod laudat, Martyrologio prætereantur martyriumque Anazarbi in Cilicia, uti in tribus illis sanctis martyribus infra sumus dicturi, consummarint.

ACTORE C. B. omittatur, in plerisque tamen Hieronymianis actis memoratur nec ex hisce,

10 Verum, cum Tarachus, Probus et Andronicus die XIII Maii, uti mox ipsemet Georgius in dictis suis adnotationibus subjungit, signati in eodem Ottoboniano Martyrologio jam fuissent, quid mirum, in hoc illos hodie iterum haud commemorari? Tres quidem isti martyres, qui, ut mox iterum monui, in Epternacensi seu Antverpiensi Hieronymiano apographo hodie celebrantur, signati nihilominus in hoc ad XIII Maii diem pariter jam fuerant; verum quid ni factum esse queat, ut, qui Ottobonianum Martyrologium exaravit, Antverpiense hic sibi non sequendum seu Tarachum, Probum et Andronicum, jam antea a se celebratos, hodie non repetendos, sed alios abs hisce distinctos martyres commemorandos existimarit? Certe ita qui duo alia Hieronymiana apographa, Lucense nimirum, quod Florentinus, in Corbeiense, quod et hic et Dacherius, vetustissimum illud vocans, exhibent, scripserunt, sibi faciendum duxere, reque etiam ipsa (neque enim ab iis pro Taracho, Probo et Andronico Anastasium seu Athanasium, aut etiam, ut in Lucensi scribitur, Tanasum, Ampodum, aliosque, quos hisce adjungunt, quinque aut sex socios mendose seu per errorem memorari quis facile dixerit) fecere; cum autem sic habeat Tarachusque proinde, Probus et Andronicus Anastasio seu Athanasio hujusque in martyrio Sociis, quos et duo illa Hieronymiana apographa et Ottobonianum, quod Georgius laudat, Martyrologium hodie memorant, substituendi non sint, haud satis etiam perspicio, cur pro in Acervo seu Acerno Siciliæ, ubi hæc illos collocant, necessario in Anazarbo Ciliciæ sit reponendum.

eo etiam, quo Georgio placuit, modo

65 11 Ciliciæ

AUCTORE
C. B.
haud immu-
tandis,

11 Ciliciæ quidem et Siciliae nomina similia adeo sunt, ut haud difficulter immutari ac confundi potuerint; verum, id re etiam ipsa factum non probatur. et quo minus factum credamus, impedit intercedens inter Acervi seu Acerni et Anazarbi vocabula discrimen, quod tantum est, ut nemo facile primum pro posteriori scripturus fuisse videatur. Nec est, cur hic iterum vetustissimum Epternacense seu Antverpiense, quod a Florentinio produci- tur, Hieronymianum apographum objicias. Etsi enim hoc, non tantum Tarachum, Probum et Andronicum, verum etiam Ampodium alios- que in Ottoboniano reliquisque proxime lau- datis Hieronymianis apographis memoratos Martyres Anazarbi in Cilicia statuatur, in ipsa- met tamen, qua id facit, annuntiatione erro- re non uno, ut jam supra ostendi, laborat, est- que adeo rei, de qua hic sermo, definiendæ ineptum, seu, ut clarus loquar, facere non po- test, ut vocibus in Acervo seu Acerno Siciliae, quibus S. Anastasii seu Athanasii hujusque in B martyrio sociorum palæstra in plerisque Hieronymianis apographis exprimitur, voces in Anazarbo Ciliciæ substituendæ credantur. Et vero hasce illis nec debere, non posse substi- tui, Richenoviense apud Sollerium Hierony- mianum apographum contractum sequenti isthac, quam hodie suppeditat, annuntiatione Antiochia Eradii. Alibi Tarachi, Probi et Andro- nici; et in alio loco Tanasii presbyteri, Ampodi, Placidi, Fausti, Januarii, Marcialis et Marcelli argumento est haud invalido.

seu corri-
gendis,

12 Etenim, cum sic Taracus, Probus et Andronicus, qui certo, uti in his ipsis infra docēbimus, Anazarbi in Cilicia subiere mar- tyrium, alio loco, quam Anastasius hujusque in martyrio socii, passi luculentissime tra- dantur, consecrarium sit, ut hi Anazarbi in Cilicia martyrio coronati haud fuerint, utque proinde vocibus in Acervo seu Acerno Siciliae, palæstram, quam nacti in plerisque aliis Hieronymianis asseruntur, exprimentibus, vo- ces in Anazarbo Ciliciæ nec debeant, nec pos- sint substitui; etsi autem contractum illud Hieronymianum apographum sola sua aucto- ritate rem omnino certam reddere natum haud sit, eam tamen, maxime si aliorum, huc quoque spectantium, quæ supra allegavi, ratio etiam habeatur, vero efficit simillimam. Ast, quamvis sic habeat, verosimillimeque adeo pro in Acervo seu Acerno Siciliae, ubi S. Athanasii seu Anastasii hujusque in martyrio sociorum palæstra ab Hieronymianis apogra- phis supra laudatis statuatur, reponendum in Anazarbo Ciliciæ haud sit, merito tamen, ut jam dictum, in dubium, an in hisce me- dia e vocibus in Acervo seu Acerno Siciliae men- dose ecarata non sit revocari potest. Ita om- nino vel ex eo, quod vere nullus in Sicilia locus, nomine Acervus seu Acernus, apud insulæ illius chorographos, ut, diligentissima facta indagine, comperi, invenitur, est fa- lendum. Verum quid tum? Nec, etsi etiam, vocabulum, quo S. Anastasii sociorumque pa- læstra in dictis Hieronymianis apographis exprimitur, perperam ecarari, certum om- nino foret atque indubitatum, merito inde, esse illum ex hisce eradendum, posset con- cludi.

13 Quamvis enim haud raro aliorum etiam Martyrum palæstræ in Hieronymianis apo- graphis mendose earentur, ac imprimis SS.

Tarachi, Probi et Andronici palæstra in Epternacensi seu Antverpiensi sæpissime jam laudato apographo corrupte In Anazobori Ciliciæ (in Anazarbo enim fuerat scribendum) exprimitur, nemotamen, idcirco vel martyres illos ex Hieronymianis, in quibus reperiun- tur, apographis, vel Tarachum, Probum et Andronicum ex Antverpiensi dixerit expun- gendos. Adhæc cum tam Placidum, Ampodium, Faustum, Januarium, Martialem et Marcellum, quam S. Anastasium dicta Hieronymiana apo- grapha in Acervo seu Acerno Siciliae signent, consequens foret, ut, si ex hisce ob palæstram perperam expressam Anastasius deberet expungi, ea isdem etiam, quod nemo admise- rit, eandem ob causam Placidus ejusque jam enumerati in martyrio Socii deberent eradi; cum hæc autem sic habeant, Anastasius certe seu Athanasius ex Hieronymianis, in quibus memoratur, apographis eradendus ob ratio- nem postremo hic adductam non est, cumque id, uti cuique e jam dictis primum erit collige- re, nec ob alia supra allegata fieri sit necesse, ficum atque inconcussum, quod num. 6 statui, manet, videlicet Anastasium seu Athanasium ad Hieronymianorum, de qua hic agimus, classem spectare ac proiæ ex hodierno, contra ac Castellanus supra laudatus insinuat, Martyrologio Romano seu ex hujus num. 3 huc transcripta, quæ indubie ex Hieronymia- nis apographis primitus manavit, annuntia- tione non expungendum, sed contra non mi- nus in hac quam in illis retinendum. Porro, quemadmodum Martyrologium Romanum recte hodie, uti e jam dictis liquet, Anastasium seu Athanasium celebrat, ita eundem, quod locus, quo et ipse et ejus socii, Placidus vide- licet, Ampodus, Faustus, Januarius, Martialis, Marcellus ac denique, qui ad horum etiam, ut supra docui classem spectat, Jovinianus, in Sicilia e dicendis passi sunt, nec ex insulæ hujus chorographis, ut jam insinuat, nec aliunde innotescat, recte etiam absque ulla, quam nactus sit, palæstræ, quod etiam a Maurolyco ac in Binis supra laudatis Usuar- dinis apud Sollerium Auctariis fit, mentione annuntiat.

14 Verum, cum sic ille ac socii, quos in mar- tyrio habuit, nulli certo assignantur loco, hinc, qui sub eminentis Dextri, Luitprandi, Hauber- ti, Helece aliorumque antiquorum nominibus pseudo-chronica spuriaque itidem sub falso Juliano nomine Adversaria sec. proxime elap- so confinxit, Hieronymus de la Higuera, in omnem quibuscumque Sanctis, vel eatenus incognitis vel aliunde accessitis, patriam suam ditandi occasionem intentus, S. Anasta- sium ejusque socios in Hispaniam traxit, ita tamen ut alio illos regionis hujus loco in Dex- tri Chronico, alio in Juliano Adversariis, verosimillime ut ita minus facile, et hæc et illud ex unius ejusdemque impostoris cala- mo profuuisse, appareret, consignavit. Hinc plerique, qui Dextri Pseudo-Chronico ficti- tiisque Juliano Adversariis, veluti probatæ fi- dei documentis, sub initium, quisquiliarum illarum suppositione nondum detecta, innixi, S. Anastasium ejusque Socios in Hispania pas- sos, credidere, Martyres hosce ibidem Man- tuæ Carpetanorum signarunt, quod Dextro potius, qui illos hoc loco, quam Juliano, qui Rutinii in Celtiberia eosdem collocat, adhæ- rendum putarent. Nec id, qui Dextri Chroni- con,

debeat eradi,
revento, Ju-
vinianus etiam
spectat.

E

nequaquam,
ut Higuera in
Dextro et Ju-
liano a se con-
fictis,

A con, ab Higuera, ut jam monui, confectum, commentario illustravit, Bivarius fecisse in hoc contentus, insigne præterea ac proliacum S. Anastasio ejusque in martyrio socii elogium, e propriis, ut aiunt, vetustatis schedis depromptum, contexit, sanctos illos Martyres iterum Hispaniæ dissertissime adscribens.

Bivariusque in elogio, Martyribus nostris a se conchata, docent, in Hispania,

15 Verum, cum is scriptor supposititium Flavii Lucii Dextri Chronicon pro genuino hujus foetu miranda simul et improbanda in viro erudito facilitate habuerit, eum adhuc facilius, vel sic patriæ suæ (natales enim, ut titulus, Comment. mox laudato præfixus, docet, Mantuæ Carpetanorum erat nactus) utcumque favendi studio abreptum, recentiores dumtaxat ac spurias schedas, in quibus S. Anastasii ejusque Sociorum martyrium Mantuæ Carpetanorum signari cernebat, pro vetustis fidei optimæ documentis accepisse; quis non suspicetur? Adhæc, cum ipsemet Bivarius, SS. Anastasii ejusque Sociorum Acta periisse, in Comment. supra laudato pag. 383

queratur ac nihilominus Martyrum illorum vitæ institutum, sanguinis, qua sese attigerint, propinquitatem, solum natale, studia, virtutes, martyrii, quod in Hispania tolerarint, occasione, modum, palæstram aliæque, quæ id vel comitata vel subsecuta sint, enucleate exponat, quam maxime verendum vel idcirco est, ne quæ in elogio illo, pro quo nec traditionem allegat, memoriæ prodit, universa fere e sola comminiscendi licentia sint primitus profecta. Cum sic autem res habeat, enimvero, ut S. Anastasium et Placidum horumque in martyrio socios mortem in Hispania pro Christo oppeltiisse credamus, elogio hujusmodi non magis, quam vel Dextri Pseudo-Chronico, vel spuris Juliani Adversariis debemus moveri.

aut etiam, ut Dacunha vult, in Lusitania,

16 Interim, qui fabulis seu commentitiis narratiunculis delectatur, is præfatum elogium huicque pro coronide adjectum, quod in Ms. carminum codice inter Auli Hali, personati itidem auctoris, epigrammata fuerit repertum, SS. Anastasii ejusque Sociorum Epitaphium in Hispano, quod e Dextrinis aliisque similis furfuris signatis Tamaius concinnavit, Martyrologio legere ad hunc diem potest. Ibidem porro, qui unius e S. Anastasii Sociis, Placidi videlicet, corpus in Alcaudatensi Giennensis in Hispania diocesis oppido adhuc adversari dicitur, pariter inveniet, uti etiam Sanctorum, de quibus hic nobis sermo, martyrum palæstram, non in Hispania, sed vel Ulyssipone vel Scalabi in Lusitania a Roderico Dacunha in Ecclesiastica Ulyssiponen- sis ecclesiæ Historia signari. Verum, præterquam quod S. Placidi corpus, etiamsi is alibi, quam in Hispania subisset martyrium, eo ad dictum oppidum potuerit e loco, quo passus fuisset, transferri, allegata a Tamaius, ut Placidi, non alterius, sed nostri, corpus in Hispania adhuc asserbari credamus, neutiquam nos cogunt, facereque adeo, ut hunc Sociosque, quos sibi in martyrio habuit adjectos, ibidem passos, admittamus, haud queunt. Quod autem ad Dacunham spectat, hic quidem quempiam, cujus jam supra meminimus, martyrem, nomine Genesisium, qui vel Ulyssipone vel Scalabi, ut utriusque hujus urbis fert traditio, subierit martyrium, proponit; verum, cum Genesisius iste, ut supra ostendi, ad Martyrum, de qua

hic nos, classem haud spectet, seu cum Anastasio, Placido ac eorum Sociis coronatus haud fuerit, enimvero, etsi etiam Genesisium quempiam in Lusitania pro fide occubuisse, undequaque, contra ac res habet, foret certum, ibidem pariter illos martyrium subisse, concludi inde haud posset.

17 Neque vero tam facile vel Dacunham in Lusitania, vel sub ementitis Dextri et Juliani nominibus Higuera in Hispania S. Anastasii ejusque Sociorum palæstram signaturum fuisse, opinor, si quæ jam nunc, ut eos in Sicilia passos, ostendam, adducturus sum, præ oculis ambo habuissent. Pleraque Hieronymiana apographa, ut jam plus semel monui, SS. Anastasii seu Athanasii ejusque in martyrio Sociorum palæstram in Acervo seu Acerno Siciliæ statuunt; etsi autem ex eo, quod apud Siciliæ chorographos nullus in insula isthac locus, Acervi seu Acerni appellatione distinctus, invenitur, haud immerito in dubium, an vocabulum istud emendate exprimant, revocari, ut jam antea dictum, queat, res tamen quantum ad Siciliæ vocabulum secus habet. Insula enim, nomine isthoc distincta, non tantum apud Geographos, verum etiam apud plurimos scriptores alios tam antiquos quam recentiores passim est obvia; etsi autem, ut supra adhuc observavi, Ciliciæ et Siciliæ vocabula adeo affinia sint, ut haud admodum difficulter postremum pro primo exarari potuerit, nihil tamen sese hic offert, ob quod reipsa id factum credatur, vel etiam an factum non fuerit, dubitetur. Jam vero cum sic habeat nec quid aliud præterea occurrat, ob quod hic Hieronymianis apographis, quorum pleraque, ut dixi, S. Anastasium ejusque Socios in Acervo seu Acerno Siciliæ ac proin in Sicilia collocant, deneganda videatur fides, martyrium illos hac in insula, etsi interim quoniam hujus loco, desiniri, uti e supra de nomine Acervi seu Acerni dictis consequitur, haud queat, re ipsa subisse, vix non certum, aut, si secus habet, vero saltem apparet similitimum. At vero, inquiet modo forsitan adhuc non nemo, Atrebatenses et Tornacenses ad Bedæ, quod apud nos tom. 2 Martii easlat præfixum, Martyrologium Additiones SS. Anastasium et Placidum una cum Heraclio Antiochiæ, cujus nominis nullus in Sicilia locus invenitur, hodie consignant. Fateor, sic habet; verum Additiones illæ Hieronymianis apographis, quæ, ut jam docui, S. Anastasium ejusque in martyrio Socios Siciliæ adscribunt, auctoritate simul et ætate multum cedunt.

18 Adhæc in in Labbeano apud Sollerium Hieronymiano apographo Placidus et Athanasius, seu, ut ibidem scribitur, Tanasus una cum Eraclio seu Heraclio et aliquot adhuc aliis, palæstra, quam nacti sint, non expressa, annuntiantur; cum autem Heraclius, uti supra, cum hunc dedimus, jam dicimus, Antiochiæ passus sit, idque, quæ memoratas Additiones e dicto Labbeano vel altero huic simili Hieronymiano apographo ad Bedam adjecere, haberent perspectum, hinc verosimillime Antiochiæ quoque SS. Athanasium seu Anastasium et Placidum passos esse, in animum induxerint ibidemque idcirco illos una cum Heraclio signarint. Verum, cum ita perperam (neque enim, dum Martyres, palæstra non expressa, conjunctim

Acerno C. B.

sed verosimillime in Sicilia, etsi interim alibi etiam Athanasius et Placidus,

E

F

atibique itidem Januarius et Marcellus annuntiantur, sunt passi,

ADCTORE
C. B.

conjunctim annuntiantur, inde eos uno eodemque loco oppetiisse, consequitur) ac temere processerint, Additiones istæ, in quibus contra plerorumque Hieronymianorum fidem Athanasius et Placidus Antiochiæ locantur, facere haud queunt, ut hi, non in Sicilia, sed ibidem pro Christo occubuisse credantur. Neque etiam, ut Turonis Januarii et Marcellum passos putet, movere quemquam debet Augustanum apud Sollerium Hieronymianum apographum; quo enim modo jam explicato est factum, ut in mox adductis ad Bedam Additionibus SS. Athanasius et Placidus Antiochiæ perperam signentur, eodem fere etiam accidit, ut Januarii, seu, ut in dicto Hieronymiano apographo exaratur, Genuarius et Marcellus, qui una cum S. Venantio atque aliquot aliis, palæstra, quam nacti sint, non expressa, in altero apud eundem Sollerium Hieronymiano apographo, Labbeano videlicet, annuntiantur, Turonis certe passi non sunt, Turonis tamen, ubi S. Venantius abbas in pluribus fastis sacris signatur, B. in Augustano, quod laudavi, Hieronymiano apographo haud recte ponantur.

cumque nihilominus a Mylensibus sec. III in Sicilia MM. sint diversi

19 Octavius Cajetanus animum ad præcipua, quæ modo pro Martyrum nostrorum palæstra Siciliae attribuenda adduci, verosimilime adverterit, hincque, dum Operis, quod de Sanctis Siculis scribere meditabatur, ideam litteris expressit, in Siculum, quod ad hanc adjecit, Martyrologium Mylenses in Sicilia Martyres, apud nos tom. 2 Maii pag. 778 in Græcis SS. Alphii, Philadelphi et Cyrini Actis num. 18 absque passionis die memoratos, ad hunc diem intulerit, ratus scilicet, illos a Martyribus nostris SS. Anastasio seu Athanasio ejusque in martyrio Sociis, quos pluribus Hieronymianis apographis videbat hodie inscriptos, haud esse diversos. Verum in dictis

SS. Alphii, Philadelphi et Cyrini Actis non D paucietiam alii utriusque seculi martyres, expressis etiam, quibus nonnulli fuerint vocati, nominibus, commemorantur; cum autem sic habeat, nec tamen horum ullus ac ne ipsi quidem SS. Alphius, Philadelphus et Cyrinus, quorum Acta illa sunt, Hieronymianis apographis existent inserti, enimvero in hæc Mylenses martyres anonyms sub SS. Anastasii, Ampodi, Placidi horumque in martyrio Sociorum nominibus esse ad hunc diem illatos ac proin hosce abs illis non distingui, verosimile haud apparet.

20 Id tandem ipsemet, dum majus suum, quod supra laudavi, de Sanctis Siculis Opus contexit, Cajetanus, ut apparet, observavit. Etenim in Alphabetico, quo horum singulorum nomen, patriam, tempus diemque ipsorum memorie sacrum in Opere isto exponit, elencho haudquaquam diem Martyrum Mylensium memorie sacram, assignat, sed locum, quo faciendum id fuisset, punctis implevit; cum sic autem sibi illam haud innoscere insinuarit, et tamen, S. Anastasii seu Athanasii Sociorum- que ejus memoriam die XI Octobris recolit, ex Hieronymianis quam optime habuerit perspectum, id enimvero, hosce illum tunc a Mylensibus martyribus existimasse diversos, argumento est perquam valido. Ceterum, cum Sancti nostri re etiam ipsa, uti e mox dictis apparet, a Mylensibus Martyribus sint diversi, eo eo sane, quod hi, qui tamen (Prætermisissos ad hunc diem videsis) in rerum natura forsannumquam existiterint, sec. tertio martyrium subiisse passim statuantur, pro fide pariter tunc occubuisse Sanctos nostros, inferri haud potest; cum autem id ita sit, nec quid aliud, e quo martyri eorum epocha eliciatur, aliunde occurrat, dictione hæc sec. tertio, an altero sit figenda, omnino est incertum ac dubium.

martyri eorum epocha, utpote quæ nec aliunde determinari queat, est incerta.

DE SS. ZENAIDE ET PHILONILLA

C

SORORIBUS

F

TARSI IN CILICIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Sanctarum in Fastis Sacris memoria; an martyres exstiterint, ubinam et quandonam vixerint, et qualia sint, quæ edimus, solius S. Zenais Acta.

VEROSIMIL-
LINE SEC. I.
Sanctæ, quæ
in elogio, e
Menologio
Sirlletiano,

Duas hic propositas sanctas Sorores, quæ ab omnibus antiquis Latinorum Fastis Sacris absunt, quæque, etsi quidem Virgines nusquam appellantur, hincque etiam a me titulo isthoc haud decorentur, Virgines tamen verosimiliter exstiterint, Græcum Sirmondi penes nos exstans Ms. Synaxarium, magna Græcorum Menæa excusa binaque itidem excusa, Sirlletianum nempe et Basilianum, Menologia hodie celebrant, cumque nihil uspiam, quod vel alterutram vel ambas ab Opere nostro removens suadeat, inve-

niam, de iis isthic, procul omni, qui, quod Græci subinde Sanctis accenseant etiam indignos, oriri posset, scrupulo depulso, tractare aggredior; id autem ut præstem, omnia et singula, quibus in jam dictis Græcorum Fastis ornantur, elogia in antecessum, postea quæ in hæc observanda judicaro, adjuncturus, huc transcribo. Ab elogio, quod Sirlletianum suppeditat, duco initium. Sequentiibus illud his verbis concipitur: Hæ sanctæ Mulieres (Zenais nimirum et Philonilla) fuerunt ex Tarso Ciliciæ, consanguinæ Pauli Apostoli; quæ, relictis omnibus, ven-

nerunt